



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

19. Somnus mortis frater.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Æternitatis Prodromi Caput III.

73

medium extrema noctis tue invitabas ad laudem, cum in vultu & voce exultationis, subito erupisti in illud Davidicū, stupentibus qui assistebant: *Laudate dominum de calis, laudate eum in excelsis*. Jam tibi, frater mi, nocte adhuc mediā discebat, nox sicut dies illuminabatur. Accitus sum ego ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, & insultantem morti: Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus: Jam non stimulus, sed jubilus. Jam cantando moritur homo, & moriendo cantat. Usurparis ad lætitiā mater mœoris, usurparis ad gloriā gloriæ inimica, usurparis ad introitum regni porta inferi, & fovea perditionis, ad inventionem salutis, idque ab homine peccatore. Juste nimirum, quia tu inique in hominem innocentem & justum potestatem temerariam usurpasti. Mortua es ô mors & perforata hamo quem incauta glutisti, cujus illa vox est in Propheta: *O morsero mors tua, morsus tuus, ero inferne*. Illo, inquam, hamo perforata, transeuntibus per medium tui fidelibus latum lætūque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat, larvalis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed & lætābundus & laudans. Cum ergo supervenisset, & extrema jam Psalmi me audiente clara voce complexer, suspiciens in cælum, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequenter ingeminans, Pater, Pater, conversus ad me exhilaratā facie, Quanta, inquit, dignatio Dei, patrem hominum esse? quanta hominum gloria, Dei filios esse & hæredes! sic cantabat, quem nos lugemus, in quo & meum (fateor) luctum panē in cantum convertit, dum intentus gloriæ ejus, propriæ ferē miseriam obliviscor. Mori malē non potest, qui non malē vixit.

§. 17. Qualis vita, talis mors.

Venator defessa toro cum membra reponit, Mens tamen ad silvas & sua lustra redit. Nimirum quæ diurnis agitamus curis, recurrant nocturnis. Eodem profors modo, quibus in vitā insuevimus, ea placent & in morte. Hinc talis plerumque mors est, qualis præcessit vita.

Aurifabrum ajunt fuisse, cui etiam in ipsa fari lineā libuit esse negligentem salutis, & plus curare argentum quam cælum. Huic argentea Christi crucifixi statua veneranda atque osculanda porrigebatur, monebaturque mortem illius cogitare, qui humanam gentem ab interitu revocasset tam acerbo leti genere. At ille inferorum ac calci, ille sui atque Dei, ille omnium sanctorum cogitationum oblitus: Et quæso, ajebat, quot pondo esse censetis hanc imaginem? Aurifex miserrime, non sanctiora cogites, in hoc æternæ salutis punctificio, in illo quo vita & mors distinguitur monito. Ita prorsus quod diurnis versamus studiis, id nocturnis somniamus ludibriis, & quod in vitā agimus, in morte cum agimus animam, raro desinimus. An non hos tales vulpi similes esse dixeris? quæ cum ad patibulum duceretur, ultimum adhuc plateam anserum transire cupiebat: ita qui aurum amant, qui voluptates inhiant, oculis jam morte pressis, & spiritu supremos anhelitus red-dente, etiamnum aurum, etiamnum voluptates somniant. Sic vivimus, si sperimus.

Quantò melius Socrates, qui nec ipso quidem excessu vitæ, sui & honesti potuit oblivisci? Quantò sanctius ille Christiani sanguinis, nec infamæ fortis famulus? Aurilicū erat servitium Oenoponti graviter decumbens, jamque rationes cum sacerdote putarat, cum usu venit ut sui levandæ frigidam posceret. Datur: & cum porteto poculo, dicis causā, jubetur ei, quem amicissimum haberet, propinare. Leætulum fortē aulica turba coronabat. Tum ille circumferre oculos, & ex adverso Christi patientem iconem contemplari, atque: Christo, in-

Tom. I.

Aquit, propino charissimo meo, qui me ab inferis vindicavit. Cujus dicti suavitatis omnium animos mirè permulsit, at ille postmodum ad amicissimum feliciter migravit. *Non sic impij, non sic.*

Antiochus Rex Syriæ Judæos immanissimè vexavit: Antiochus Maximinus verò Imperator crudelissimis edictis & atrocissimis cruciatibus funditus Christianos delere statuit, quorum uterque tandem divinā se excrente justitia in morbum deterrimum lapsus, cum aliunde nulla se auxilij spes ostenderet, ille Judæos, hic Christianos enixissimè rogavit, ut pro salute ipsorum supplicarent Deo suo, similissimi planè corvo Ætopico, qui cum lethali morbo urgeretur, matrem assidentem monebat, ne apploret sibi: quin potiùs sanitatem suam precibus commendaret Diis. Cui illa: O mi fili, quem Deorum tibi propitium fore confidis, cum nullus sit, & cujus arā, victimarum partem non lis furatur.

B Ergo quales vivimus, tales morimur, tales & judicamur, tales aut Orco asserimur, aut Cælo.

§. 18. Bone mortis votum.

Moriatur anima mea morte justorum, & stant novissimi mea mea horum similia; exclamat vates Balaam. *Num. c. 23. v. 10.* Quantò rectius vovisset: Vivat anima mea vitā justorum, ut & mori possit morte justorum. Ridiculum est, mortem bonam appetere, & bonam vitam fugere. Bene vivere laboris, bene mori felicitatis est, sed istud ab illo pendet. Qui recusat rubrum pelagus transire, non poterit manna comedere; qui Ægyptiam servitutem amat, terras beatas non continger. Pie hic & eleganter Bernardus: *Vitam, inquit, hac morte ego frequenter cadam, & evadam laqueos mortis, ut non sedam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad esum avaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ stimulos, & angores sollicitudinum & molestias curarum. Bona mors quæ vitam non auget, sed transfert in melius.*

C Niditrum hæc illa mors est, quam sibi votis omnibus expectat, qui vitam ambit mortis ignaram. Ante mortem mori vitis, mors omnium optima est.

§. 19. Somnus Mortis frater.

Refert Pausanias, Olympiæ visam à se statuem, noctem, figurā habitūque muliebri: hæc puerum Noctis si-album dormientem dextera tenebat, levā nigrum dormientem similem. Horum primum appellari Somnum, alterum Letum, utrumque autem Noctis esse filium. *Lib. 6. Æ-nid.* Hinc Maro consanguineum Leti soporem facit. Gorgias Leontinus, jam senio confectus, & ad vitam metam spectans, adversa valetudine correptus est. Ad hunc amicorum quidam revulsit, repetitque optimū senem in somnum prolapsū: evigilantem interrogavit, qui haberet? Cui Gorgias respondit: Jam somnus incipit suo me fratri tradere.

D Quisquis est Christiani sanguinis, nunquam se somno permittat, quin suam prius conscientiam conveniat, & noxas dolendo detergat. Multi dormire cœperunt & simul mori, qui prius vitam quam somnum finierunt. Itaque ipse etiam somnus Leti frater timendus, & quàm fieri potest, non cautissimè tantum, sed & caustissimè adeundus. Qui non castè dormit, vix castè vigilabit.

§. 20. Mortis prodromi.

ÆTERNITATIS prodromus mors, mortis prodromi mi notissimi, dolores & signa letalia. Letale si-gnum, si Plinio credimus, in furoris agitudine, risus est; in aliis verò morbis, inæqualis & formicans venarum percussus, sed & oculi ac nares indubitata mortis signa exhibent. Cum Plinio experientia quoque loquitur, vicinæ mortis esse indicia, cum periculosè egroti itinera disponunt, & fugam moliantur à lecto; cum straga-